UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvrgensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Fraternitas data nobilibus à Capitulo generali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Visual Library

reuerteretur, Super quo &c. Teſtes *Eber*: prior, frater *Grimoldus*, *Martinus* prouiſor domus, *Ott* de *Aeſenhaim*, *Dietricus* judex, *Gurro* de *Haideburch*, H. *Eblinger*. Acta M: CCC. XI. in die Apoſtolorum *Philip.* & *Iacobi*.

Fraternitas data nobilibus à Capitulo generali.

ADam Dei patientia *Præmonſtraten.* Abbas & Abbatum ejusdem ordinis Capitulum generale. Venerabili & dilecto in Chriſto fratri .. . Abbati, totiq; Conuentui in *Oſterhouen*, vniuerſis aliis quos noſſe fuerit oportunum, tàm præſentibus quàm futuris ſalutẽ in omni Saluatore. Cum affectus fidelium, quẽ habent in piis & bonis operib⁹ ſit promouendus & accẽdendus in quantum poteſt fieri, vt & ipſorum deuotio augeatur, & diuinus cultus amplificetur, preſteturq́; exemplum bonorum operum fidelibus vniuerſis: proinde nos *Adã* Dei patientia *Præmonſt.* Abbas, & ejuſdẽ ordinis Capitulum generale, conſiderantes affectũ quẽ habẽt ad ordinẽ noſtrum & præcipuè ad Eccleſiã *Oſterh.* viri ſpectabiles Comites de *Hals* videl: *Albertus* & *Alramus*, necnon nobiles viri milites *Hartlibus* & *Syfridus* de *Puechperch*. *Wilhalmus* de *Wintzer*. *Frider*. *Saxo*, & *Gotfridus* de *Hauſen*, cum eorum vxoribus & liberis, plenã participationem omnium bonorum, quæ in toto noſtro fiũt ordine, ipſis benigna in Domino concedimus charitate, adjicientes de gratia ſpeciali, quod omnes conditiones & deuotiones, quas de miſſis vel vigiliis, ſeu aliis bonis operibus tàm ſpiritualibus quàm temporalibus in ſuis litteris expreſſerunt ſiue ſtatuerunt, ſeu pro fratrum pietancia ſiue aliis operibus quibuſcunq́; approbamus, ratificamus, & confirmam⁹ in perpetuum, ſub harum teſtimonio litterarum, ita quod nulli hominum nobis ſeu ordini noſtro ſubjectis, ſiue Abbas fuerit, ſiue alius qualiscũq; de ipſorũ ordinatione, quicquã aliud facere liceat, quam quod prædicti benefactores *Oſterhouen* Eccleſiæ, in ſuis litteris expreſſerunt, ſubterminatione diuini examinis & noſtri ordinis diſciplina. Datum & actum an. Dñi M. CCC. XII. ſedente noſtro Capitulo generali.

Donatio med. Hub. in *Eſchelbach Reundorferij*.

EGo *Eberhardus* plebanus in *Wintzer* & *Iordanus* germanus meus dicti *Reundorferij* præſentibus profitemur, quod mediã hubã noſtrã in *Eſchelbach* ſitã ante nemus quod dicitur *Stainchart* donauimus infirmariæ Eccleſiæ *Oſterhou.* ſub tali conditione, vt quamdiu nos ambo vixerimus cuncti prouentus, qui in omnem euentum ex hac prouenerint in vſus noſtros integraliter cedere debeant añuatim: Sed Dominus Abbas prædictæ Eccleſiæ eandem habebit inſtituere ſingulis añis nobis ambobus preſentibus ad noſtrum conſilium & fauorem; vno quoque noſtrum ab hoc ſeculo emigrante, alter qui ſuperſtes fuerit, diem obitus ſui in amminiſtratione ſubſcripta, videl. medij talenti denariorum ad refectorium Conuentus ibidem XXIV. denariorum cuſtodi ipſius loci ad luminaria exequiarum dici obitus, quatuor denariorum ſacerdoti inofficiãti in die depoſitionis ſeu añiuerſarij, quatuor quoq; denariorum eccleſiaſtico pro ſolemni pulſu cãpanarum añis ſingulis celebrabit, quo etiam mortuo, prædicta media huba cum omnibus ſuis prouentibus, quæſitis & inquirendis ad vſum præfatæ infirmariæ ſine omni contradictione vel juris cujusquã vſurpatione omnium noſtrorum conſanguineorum, vel etiam quorumcunque aliorum liberè deuoluetur, & ex tunc dies anniuerſarius obitus noſtri amborum, ſimul die ſub amminiſtratione præmiſſa integraliter ſeruanda de prouentibus ipſius mediæ hubæ per infirmariam quicquam fuerit in perpetuum celebrabitur, hoc addito, quod ſi quid vltra hujuſmodi adminiſtrationem vniuerſalem de redditibus ipſius ſæpedictæ mediæ hubæ ſuperfuerit hoc ipſum ad infirmariã pro infirmorũ melioratione præben-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN